

DE REBUS METALL.

lia duodecim. In obsidione Pæstiad  
Danubiū ex vnis castris Georgij mo-  
nachi, mille ducenti quinquaginta: a-  
liqui graues pondo octoginta, aliqui  
centum & decem. Officinę ferri no-  
biles fuerunt Chalybum in Scythia,  
quam Aeschylus *σιδ' ἠρομύρρα αἶαν* esse  
dixit. Ideo Chalybes detestatur Ca-  
tullus,

*Iuppiter ô, Chalybton omne genus pereat:  
Et qui principio sub terra quærere venas  
Institit, ac ferri frangere duriciem:*

Idæi fratres cognomento Dactyli,  
fabri ferrarij fuisse scribuntur, qui ma-  
teriam artis foderint in Idæ promon-  
torijs Lecto, Gargaris, & Phalacra. V-  
num ex ijs, Celmum nomine, mutatū  
in ferrum scribit Zenodotus: in ada-  
mantem, Ouidius: fortasse ea de cau-  
sa, q̄ præ eo studio alia omnia negle-  
xerit, & metallicus ditissimus fuerit.  
Noti fabri Vulcanij literis poëtarum,

*Brontesq; Steropesq; & nudus membra  
Pyracmon,*

In